

Ver. 152. *Εἰ γὰρ μ' ὑπὸ γῆν, νέρθεν τ' Αἴδου Τοῦ νεκροδέγ-
μονος εἰς ἀπέραντον Τάρταρον ἤκεν, δεσμοῖς ἀλύτοις † Ἀγρίως
πελάσας, ὡς μήτε θεὸς Μήτε τις ἄλλος τοῖσδ' ἐπεγῆθει. Νέρθεν δ'
Αἴδου* Turnebus, unde recte B. *νέρθεν δ' Αἴδου*. Mox pars co-
dicum *ἀγρίοις*, quod recepit B. motus simili loco infra 175. *πρὶν
ἂν ἐξ ἀγρίων Δεσμῶν χαλάσῃ*. Vide an scribendum, *δεσμοῖς ἀλύ-
τως Ἀγρίοις πελάσας*, ut supra 60. *Ἄραρεν ἦδε γ' ὠλένη δυσει-
λύτως*. Deinde plerique libri *ὡς μήποτε θεὸς*, quod salvo metro
retineri poterat, licet aliter sentiat Butlerus. Sed sequentia verba,
μήτε τις ἄλλος, suspicor esse corrupta. Nulla enim causa erat,
quare mortales, quorum maximus benefactor esset Prometheus,
ex ejus malis gaudium perciperent. De diis solis cum locutum
esse ostendit Chori responsum v. 159. *Τίς ὧδε τλησικάρδιος Θεῶν
ὄτω τάδ' ἐπιχαρῆ*. Malim igitur, *ὡς μήποτε θεὸς Μηδεὶς ἄλλος*.
Ultimo versu nonnulli libri *ἐπιγεγῆθη, ἐπιγεγῆθει, et ἐπεγεγῆθει*.
Scribendum sine praepositione, *τοῖσδ' ἐγεγῆθει*. Eurip. Hec. 279.
Ταύτη γέγηθα, κάπιλήθομαι κακῶν. Aristoph. Vesp. 612. *Τούτοι-
σιν ἐγὼ γάννυμαι*. Adde quod *γέγηθα* passim legitur apud Tragi-
cos, *γηθῶ* vero nusquam, quod sciam, nisi apud Nostrum Choëph.
770. *Ἄνωχθ' ὄσον τάχιστα γαθούσῃ φρενί*.

Ver. 157. *Νῦν δ' αἰθέριον κίνυγμ' ὁ τάλας Ἐχθροῖς ἐπίχαρτα
πέπονθα*. Pars codicum, nominatim quatuor e quinque Regiis
apud Vauvillerium, *κίνυγμα ὁ τάλας*. Unde repono, *κίνυγμα τά-
λας*, delete articulo, qui rectius abest. Vide hujus fabulae v.
108. 468.

Ver. 163. *Θέμενος ἄγναμπτου νόον*. Metri gratia *τιθέμενος*
conjecit Pauwius. Cui assentior. Nam longe melius dicitur *ἀεὶ
τιθέμενος* quam *ἀεὶ θέμενος*. *Ἄεὶ* cum participio aoristi raro con-
jungitur.

Ver. 182. *Δέδια † γὰρ ἀμφὶ σαῖς τύχαις*. *Δέδια δ'* pro *δέδια* 230
γὰρ post Burneium B. ex ipsius Porsoni emendatione. Sed for-
tasse nihil mutandum. Vide ad v. 163.

Ver. 208. *Ἔλοντ' ἀμοχθεὶ πρὸς βίαν τε δεσπόσειν*. *Ἀμοχθὲ* B.
Quam scripturam in plerisque hujus formae adverbiiis adhibendam
censet, ego vero in omnibus. Exemplis ab eo citatis adde Archi-
lochum, apud Apollonium ad calcem Maittairii de Dialectis p. 435.
Ἄμισθὶ γὰρ σε πάμπαν οὐ διδάξομεν. Vulgo *διάξομεν*. Soph. Oed.
Col. 1251. *Ἄστακτὶ λείβων δάκρυον ὧδ' ὁδοιπορεῖ*.

Ver. 234. *Καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ*. Imo, *καὶ
τοισίδ'*. Passim permutantur *τοῖσιν* et *τοισίδ'*. Eurip. Med. 1294.
*Ἄρ' ἐν δόμοισιν ἢ τὰ δειν' εἰργασμένη Μήδεια τοισίδ', ἢ μεθέστη-
κεν φυγῆ;* ubi *τοῖσιν* habent Lascaris et Aldus, *τοῖσδέ γ'* codd.
ut videtur, meliores. Idem Heracl. 146. *Ἐν τοισίδ' αὐτοῖς τοῖσιν*